

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. VIII. - An praestantius sit amari quàm honorari? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

An liceat amico velle & optare optimam amico suo.

Dub.

Opp.

Licet optare amico ea quibus dignus est: sed amicus si sit studiosus virtutis, dignus est optimis: ergo licet amico optare optimam.

Resp.

Optima amicis an optare debet.

Optimum consideratur, vel

In nostra potestate situm, & sic optimam optare studiosis amicis licet.

Extra nostram potestatem, ut Deum esse, & sic non licet optare.

C A P. VIII.

An præstantius sit amari quam honorari?

An amare sit magis propriū amicitiae quam amari?

SITIC VLOSI honoris, nullum dedecoris adhuc lapsum experti, ardentius gloriae sceptrum quam amicitiae fidem desiderant. Ambitiosus enim ad Saturni aut Iouis orbem laboriosius scandens, pluris estimat vocem fauentis Cæsaris, quam laudem virtutis. Sed auctor est, ut ait philosophus, qui se plus honorari quam diligere contendit: si qui-

N n 3 dcm

§27 SPECVLI MORALIVM

dem hoc ipsum honorari est bonum non propter se, sed propter aliud experienti. Hoc probat in texu ab exemplo eorum, qui expertunt se à viris in imperio constitutis honore affici, inde sperantes futurum tandem, si qua re egeant, ut ab illis consequantur. Hinc verum est illud Seneca.

Præstat amari quam honorari.

Amicitia
consistit potius in amore quam in amari.

Cupit hic regi proximus esse,
Clarusq; latiare per urbes.

Hispositis sequitur alia cœclusio quod melius sit amari quam honore affici. Ratio est, quia amari propter se: honorari vero propter aliud expetitur. Est enim amor internū virtutis initium; est autem honor externū bonae opinionis signum. Tertia conclusio est, quod amare sit magis proprium amicitiae quam amari. Hoc vero probatur ab exemplo, à proprietate, ab effectu: ab exemplo matrum, quæ mirificam voluptatem & delicationem capiunt in amplexu infantorum, à quibus vicissitudinem amoris propter desecrationis non postulant: à proprietate virtutis, cuius officium est potius agere ut amare, quam pati ut amari: ab effectu, quia laudem

landem m
sio habet
amicitia si
soluitur
dunt do
loquunt
ra amici
litudo
genus
scit, si
ri sapie
& aqua
est, & v
uelis t

Amati
præstan
tus que
honora
qua

Magis
est pro

laudem maiorē actio virtutis quām paſſio habet, sed dilectio eſt propria actio amicitia ſine qua omnino concidit & diſſoluitur. Ad hæc in poſtemo loco accedunt duo annexa & correlata in textu, ut loquuntur veteres, p̄imum eſt, quòd vera amicitia fit æqualitas quædam & ſimilitudo virtutis: alterum quòd ſit aliquod genus amicitiæ quod ē contrarijs coaleſcit, ſic pauperes amant diuites, ſic ignari ſapientes, ſic ægroti medicos, ſic miseri & auati liberales, ſed iſta amicitia fucata eſt, & velocius quām vmbra in rebus aduersis trauiſit.

Distinctio prime questionis.

- | | |
|---|--|
| Amari eſt
præstan-
tiuſ quam
honorari,
quia | <p>Est bonum propter ſe in amicitia.
Est bonum minùs ſubiectum forunæ &
mutationi quām honor.
Est bonum ſine quo honor in odium, glo-
ria in ignominiam cito mutatur.
Est bonum quod maiora commoda ad-
fert quām honor, qui ſemper in ſcala
fortunæ cernitur.</p> |
|---|--|

Distinctio secunda.

- | | |
|-------------------|--|
| Magis
eſt pro- | <p>Virtutis proprium eſt agere, ſed amare
eſt agere.</p> |
|-------------------|--|

529. SPECULI MORALIVM

prium amici-
tiae amare
quam dil(gi-
quia,
Maior laus actum dilectionis quam
passionem sequitur.
Actus amandi dignioribus, ut parenti-
bus & benefactoribus conuenit pas-
sio vero contrarijs.
Actus amandi est magis voluntarius
quam amari.

Opp.

Honor est signum virtutis, & premium felicitatis,
ut docetur in primo Ethicoru, sed nihil est melius quam
laudari: propter virtutem, & honore affici propter beatitudinem: ergo non recte hic demonstratur quod amari
sit melius quam honorari.

Resp.

Honor illic firmus in constantia virtutis, hic ver-
sus ille in manu fortunae positus intelligitur.

Opp. contra secundam questionem.

Amari Deo, regi, heroicisq; viris conuenit: ergo est
nobilius quam amare.

Resp.

Ratio non sequitur, quia & illi etiam amare solet.
Praterea hic fit comparatio.

Opp.

Maius bonum euenit nobis si amemur propterea reges,
quam si amemus solum: ergo amari est melius.

Res.

Argumentum non sequitur quod sit melius, sed quod
aliquando sit utilius, idq; solum in bonis fortuna.

An

An mater plus diligit filiū quām pater?

Constantius & sic pater plus diligit si-
lium quām mater.

Amare sole- nuu, vel	Feruentius, sic	Certitudinē prolis
	mater plus fili- um diligit quām	Dolorē & difficul- tatem partus.
	pater: hoc vero contingit pro- pter	Participationē san- guinis.
		Inclinationem ap- petitus.
		Duplo maiorem de- lectationem co- ceptus.

Opp.

Maxima est vnio inter primariam causam & pro-
prium effectum, sed pater est primaria causa filij, cum
sit principiū gignendi: ergo est maxima vnio inter pa-
terem & filium: quo posito & concessso, sequitur quod
pater plus diligit quam mater.

Resp.

Maior illa intelligitur in proximis, non in remotis
causis, at pater est respectu matris remota causa filij.

CAP. IX.

An amicitia & iustitia circa idem obiectum commune
versentur?

An partes amicitiae recte cum partib. reip. comparetur
FIT in hoc cap. amicitiae cum iusti-
tia breuis comparatio, nimirum

Eadem ami-
citiae iusti-
tiaeq; mate-
ria.

Nn 5 vi